



CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Sosthene discip[u]lo. Cap[itulum]. cvxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mense noue, occurrentibus. Fo. ccciiij

labore ipsum deuenire oportebat. Deinde ad loca aspera terrerima adductus: audiuit ea loca esse impiorum et damnatorum. Eugilans autem et horum memoras pulchritudine pellarum velut stercorea contenebat. Valignus autem spiritus ad theodora reuersi retulerunt: quod signo crucis ab eo et oratione fuerant effugati. Ad quem dum magus vna cum rege introuisset ut ei persuaderet: ipse ab eo quierit baptismum suscepit: et laudabilem vitam duxit. Iste igitur desperans de consilio amicorum dimisit ei dimidium regni sui. Ille autem quous desertum affectaret: tamen propter fidei dilationem ad tempus regnum suscepit: et in suis ciuitatibus ecclesias fecit: et cruces erexit: et oes ad christum conuertit. Iste etiam tandem predicacionibus filii fidei suscepit: et baptizatus regnum totum filio dimisit: ac penitentie opibus vacans laudabiliter vitam finiuit. Iosaphat autem barachiam regem ymmeas plurimas fugere ad heremum voluit: sed a populo coactus remansit: vir tamen ad eum dimissus desertum petiit: et regalem habitum pauperi tradens ipse in pauperissima veste remansit. Cui diabolus multa impedimenta opposuit: aliquando in eum euaginato gladio irruens: aliquid in forma diuersarum ferarum in eum fradens. Que omnia ipse inuocato christi nomine superauit. Biennio igitur iosaphat per heremum vagatus est: nec barlaam in eum eunire potuit. Tandem ad eum speliaca veniens: statim ab extra se ab eo benedicti postulat. Cuius vocem barlaam cognoscens et foras exiit: osculantes se inuicem cum lachrymis et amplexibus constrinxerunt. Iosaphat autem que acciderant omnia referebat. Ille vero immensas deo gratias agebat. Cuius ante iosaphat ibidem annis multis in abstinentia mirabili et sanctitate. Completis vero diebus vite sue barlaam in pace quieuit. Iosaphat autem in anno xxxv. regniu deserens. xxxv. annis heremiticu labore sustulit: et sic multis claris virtutibus in pace quieuit: et cum corpore barlaam sepultus fuit. Quorum amborum corpora barachias rex reuerenter inde assumpsit: et in eius ciuitate transferens honorifice collocavit. v. kal. decembris. ad quorum tumulu miracula fiunt.

De sanctis Faustulo Diuo et Amone martyribus. Cap. cxv.



Faustus presbyter diuus et amonius cum alijs pluribus episcopis ex egypto: et clericis et laicis sexcentis et sexaginta apud alexandriam ciuitate passi sunt. Qui cum beato petro eiusdem verbis episcopo comprehensi: et in carcere trussit. Iubente mariano impatore post ipsos beati martiris passionem: oes gladio trucidati sunt.

v. kal. decembris. Quorum oium corpora apud alexandriam tumulata seruant: ut dicit Aldo.

De sancto Softhene discipulo. Cap. cxvi.

Softhenes discipulus apostolorum fuit: de quo beatus paulus. i. ad corinth. i. c. mencio nem facit: ubi dicit raban? in gloria: quod iste softhenes corinthi doctor erat: multumque pro fratribus sollicitus id specialiter ab apostolo est assumptus. scilicet propter suam humanitatem: et propter firmitatem narrationis confirmationem: ut in ore duorum vel trium testium staret omne verbum. Hic fuit vni ex lxix. christi discipulis: ut abbas dozortheus tradit: qui et colophonie episcopus fuit: et apud corinthum ciuitate sua sancto fine quieuit. iiii. kal. decembris.

De sancto Gregorio papa. ii. Cap. cxvii.

Gregorius papa huius nominis secundus natione scythus ex patre iohanne: constantino patre primo in episcopatu romano successit: et sedit annos. xvi. menses. viii. dies. ix. Hic fuit vir castissimus diuine scripture eruditus: loquela facundus: animo constantis: ecclesiasticorum errorum destructor: et contrarius fide fortissimus impugnator. Hic bonifacium monachum a britania venientem episcopum consecrauit: et per eum gentem germanorum sedente tenebris et umbra mortis: doctrina lucis ad christum conuertit. Hic etiam per petronium ciuem byrie sem cenobium beati benedicti apud castrum castinum reedificauit: quod plusquam centum annis a tempore logobardorum fuerat desolatum. Hic etiam cum leo imperator: imagines christi et beate virginis et aliorum sanctorum in ciuitate constantinopolitana igne cremari iussisset: idem ipse facere precipiens: non solum facere renouit: sed etiam imperatorem pro ipso facto anathematizauit. Deinde distributis oibus ecclesijs et monasterijs atque omni clero in pace quieuit. Sepultus est ad sanctum petrum: et cessauit episcopatus dies tres.

De sancto Gregorio papa. iiii. Cap. cxviii.



Gregorius papa huius nominis tertius natione romanus ex patre marcello gregorio. papa secundo in pontificatu romano successit: et sedit annos. x. menses. viii. dies. xxx. Hic erat vir mirissimus et valde sapiens: in diuinis scripturis sufficienter instructus: greca latinaque lingua eruditus: atque exercitatus in sensibus diuinarum scripturarum subtilissima et hereticorum neclimatus: exhortator omnium bonorum: plebiq;